



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,
tum pro Pœnitentibus**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Vel error invicibilis

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

32 Tertium caput est error,
vel ignorantia, in quo certum
est primò excusarium, qui in-
vincibiliter ignorat, seu incul-
pabiliter tacet suum peccatum.

33 certum est secundò, quan-
do ignorantia est solum veniali-
ter culpabilis, nec valorem, nec
fructum Sacramenti alias ritè
suscepti impediens, excusari
pœnitentem à mortali.

34 certum est tertio, quando
est culpabilis mortaliter non ex-
cusari, atque adeo tunc & fru-
ctum, & valorem Sacramenti im-
pediri; tunc enim cum desit
confessio dolorosa; non ponitur
materia apta Sacramento: quo
modo enim confessio erit dolo-
rosa: si actu, ratione illius cul-
pabilis mortaliter ignorantiae,
peccatur.

35 certum denique sit quar-
tò, quamvis sit laudabile, ne ex
errore, & inadvertentia tacea-

P. 3 tur

258 Lib. 2. Cap. 10. §. 2.

tur aliquod peccatum, scribere
peccata; neminem tamen obli-
gari, immo nec esse laudabile, si
quis sit paulò scrupulosior. Ne-
que te conturbet communis do-
ctrina, docens omnia peccata
esse confessori subjicienda: nam
satis dilucidè notavit concilium
Tridentinum solum fideles obli-
gari ad omnia, quæ, facta morali
diligentia, menti occurruunt: non
autem ad omnia, quæ quomodo-
cunque fuere commissa. De exa-
mine quod præcedere debet
confessionem, ne quid taceatur,
dicam inf. l. 3. c. 9. § 3,

§. 2.

De Mendacio in Confessione.

36 **P**oenitens multis posse
modis in confessione
mentiri, dum confiteretur; id quod
breviter explicare ad nostrum
pertinet institutum; quo poenitentia-